

Et ego Antonius quondam Nicolai olim ser Guarnerini de Sonumbergo Concordiensis diecesis pub. imp. auctoritate notarius et judex ordinarius etc. ea omnia scripsi etc.

Ego Bonjohanes quondam Christophori de Brissariis imperiali auctoritate notarius etc. his omnibus et singulis supradictis et ipsorum publicationi presens fui etc.

Ego Antonius filius quondam Conradi de Credentia civis Janue pub. imp. auct. notar. etc. predictis omnibus interfui etc.

Ego Galvanus qu. ser Bartholomei de Castrobaldo civis Padue pub. et imp. auct. not. et judex ordinarius etc. presens fui etc.

Ego Bandinus filius Angeli notarii de Bandino de Brazis civis Padue etc. promissis omnibus interfui etc.

Ego vero Johanes Ravaisius auct. imp. et dicti domini comitis notarius publicus ejusdemque domini comitis secretarius premissis omnibus presens fui etc.

Nos autem Amedeus comes Sabaudie princeps, dux Chablaysii et Auguste, et marchio Ythalie notum facimus universis, quod nos viso instrumento publico suprascripto et omnibus et singulis contentis in eodem attestantes et veridice profitentes ea omnia fore vera, presens instrumentum publicum instantibus dominis ambaxiatoribus prescriptis in predictorum robur et testimonium nostri majoris sigilli sub contrasigillo nostro jubsimus apponi et muniri. Datum Taurini die XXIIII Augosti, anno domini millesimo CCCLXXX primo.

Ravaisius

Per dominum presentibus dominis

A. de Sabaudia genito.

A. de Sabaudia principe Achaje.

A. domino Urteriarum

G. de Stres cancellario Sabaudie

G. de Monte Majori

Franc. Arencon

Rev. Musardi et Johane de Vernetto

Et Savino de Florano legum doctore. » —

} militibus